Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



est natura. Deus qui crea-
uit omnia nascitur ex femina.
Mirabilis natura mirifice in-
duta assumens quod non erat
manens quod erat. Induitur
natura diuinitas humana
quis audiuit talia dic rogo
facta. Querere uenerat pas-
tor pius quod perierat. Induit
galeam certat ut miles arma-
tura. Prostratus in sua propria
ruit hostis spicula auferuntur
tela. In quibus fidebat diuisa
sunt illius spolia capta preda
sua. Xpisti pugna fortissi-
ma salus nostra est uera. Qui
nos suam ad patriam duxit post
uictoriam. In qua sibi laus
est eterna. Secundum lucam.

In illo tempore: Pastores loque-
bantur ad inuicem. Tran-
scamus usque bethleem: et vi-
deamus hoc uerbum quod
factum est quod dominus ostendit
nobis. Et uenerunt festi-
nantes: et inuenerunt ma-
riam et ioseph et infantem
positum in presepio. Viden-
tes autem: cognouerunt de uerbo
quod dictum erat illis de pu-
ero hoc. Et omnes qui au-
dierunt mirati sunt de
hiis que dicta erant a pas-
toribus ad ipsos. Maria autem
conseruabat omnia uerba
hec: conferens in corde suo.
Et reuersi sunt pastores gla-
rificantes et laudantes dominum.